

Acclamations votivae, in
solennem actum
inaugurationis, cum ...
dn. m. Joh...

Ekelund, Jacobus Jacobi,

1 Ic 1692 Munster, Johannes



National Library
of Sweden



8
53 49

ACCLAMATIONES VOTIVÆ,
In
SOLENNEM ACTUM INAUGURATIONIS,

Cum
Amplissimus atque Præclarissimus

DN. M. JOHANNES
MUNSTERUS,

Jubente REGIA MAJESTATE,

Favente Cælo

Plaudente Toto eruditorum choro

Professor publicus pronunciaretur Anno 1692.

die 24 Novembris:

Descripta æreâ festinanti


â

CLIENTULIS.



53

Ekali



Vos mihi nunc carmen promptæ memorate
Camenzæ,
Adfatis faciles ex Helicone Deæ
Debita quo possim cui debeo solvere vota
Carminaq; ut rebus convenienter eant.
Heic jam fausta dies, niveis advecta quadrigis.
Advenit, & votis, mille petita dies,
*Quæ doctum MUNSTER, meriti comitantur honores
Præmia sudori, non aliena pio,*
Quem labor à teneris virtusq; exercuit annis!
Sedulitas Musis tradidit atq; proba
Cuius in ingenio posuit sapientia sedem,
Et junxit comites, ex Helicone Deas,
Nam quidquid quondam celebres docuere Magistri
Hoc clausum docto pectore solus habet,
*JANNES MUNSTERUS clara de stirpe creatus
Doctrina, & generis nobile nomen habens!*
Publicus incedit Doctor comitante caterva,
Doctorum, magni jussa quod alma volunt
Regis. Dent annos dent longam fata salutem!
Illi quo crescat, maius ubiq; decus,
Nunc quas carminibus, nequeo comprehendere laudes
Attonitus tacita relligione colam.

JACOB: FREUND. J. F.



ximius fuit semper Professor præclarissime, tuus
in me favor, qui & nunc id officii mihi injun-
git, ut cæterorum gratulantium vocibus meas
quoque adjicerem. Quo vero illud rite expediam
modo, ignoro. Gratiarum actiones debeo, quas
& rependo, propensio tua mihi præstita quum su-
pra expectationem omnem sit. Ita Ulysses apud Alconium
imitabor, qui nihil habet quod rependat pro ingentibus meritis,
præter vota & grates. Et ita me Mæsæ, ament in pretio
mihi tua Amplissime Domine erunt beneficia, quamdiu supre-
mum Numen hos meos dignatur regere, artus nec unquam pa-
tiar in animo meo exolescere memoriam illorum. Profiteor adeo
& libens posthac profitebor, tam famam Nominis Tui, quam
benignitatis tuæ sparsos in me radios. Verum hoc obsequio
nondum omne absolvi quod debeo; nec quod hujus diei exigit
festivitas, effeci: Deduci te video PROFESSOR Amplissime, ex di-
vina providentia & regio beneplacito, ad expectationem civium
Academicorum, secundum merita tua in ordinem Doctorum &
Celeberrimorum Academiæ Patrum. Hoc eum intueor divinam
deprædico clementiam, quæ hac nos exornat felicitate, qua
nobis ii Musarum & studiorum Promotores, tales Antistites con-
tingunt, ex quorum cura ac institutione bonis artibus successum
quotidianæ vitæ cultum, & patriæ ædificationem, certo pos-
sumus polliceri. Hanc adeo doctrinæ sedem, sapientiæ palæstram,
Musarum domicilium, Palladis officinam, comitatisq; & morum
Magistrum, quamvis fata visa sint hoc tempore obscurare, sub-
trahendo illi viros, sub quorum ductu feliciter maturuit juvenus,
& crevit omnis doctrina: Cum tamen in illorum locum tales suf-
ficiuntur Doctores, qualibus hoc anno hac luce nos donavit cœ-
lestis bonitas, certa spes est acceptum damnum resarciri posse.
Tu vero Amplissime Professor, qui hodie hujus lætitiæ materiam
solenni tua introductione nobis adfers, atque spem nostram
confirmas conceptam, novum munus exceipe bonis avibus, & gere-
ter & ultra felix. Promittimus Discipuli fidem & obsequium, ro-
bustas autem vires, perpetuum successum, & immortalem nomi-
nis famam, Tibi e cœlo largiatur Deus Clementissimus!

G. PROCOPEO jun:

Virtuti,
Patriæ, nobis,
Consuluit,
Clementissimus Rex |
CAROLUS UNDECIMUS,

Cum
Virum

Eruditione Celebrem,
Pietate insignem,
Virtute Inclytum,
DN. MAG.

JOHANNEM MUNSTERUM

Musis ipsis in tutamen,
Palladio nostro in spem,
Omnibus nobis in salutem
Designavit,

Professorem Literarum,
Professorem Juventuti,
Professorem communis commodi!

Et hac die,

FATA

Cum illum fortunæ fecerint parem suæ,

Lycei

Ascendat

Felix Limina,

Excipiat felicitos munia,

Modesteur, felicissimus studia,

Amplissimi DNI PROFESSORIS
Cultore humilimo

MATTHIA HUMALANDRO

O. Bothn,

